

rum, nimirum temporis, et aetatis, sexus, complexionis, Consuetudinis, partis male affecta, morbi, temporum morbi, virium aegri, & similibus. Nam medicamentum Chymicum cum iudicio & cautione usurpatum, iuxta tritum, manus DEI est; sinistrè, vel temerè, venenum, & quasi gladius in manu furiosi. Superflua & praesertim Germanica, qua hic aliquando occurrunt, & ob Tyrones adjecta, ea, Lector amande, ut caetera aequi bonique consules; uti etiam errata, qua praeter spem in hunc librum irrepsissent, pro tuo candore corrigere, non gravaberis. Hisce vale, & me amare perge. Stolberg a die 1. Maji Anno 1644.



NOTA.

Autores, quorum libris in hoc opusculo Medico usus sum, fuerunt Principales: Johannes Michaël Dilherrus, Theophrastus, Querceranus, Crollius, Beguinus, Sennertus, Hartmannus, Raicus, Mynsicht, Tentzelius, Johannes Schröderus, Guernerus Rolfinckius, Godofredus Mœbius, Valentinus Andreas Möllenbroccius, Cunradus Frommannus, Claudius Deodatus, Joan: Daniel Mylius, Casparus Amthor, Michaël Majerus, Blochvitijs, Duncanus, Bornettus, Scotus, Dorncreilius, Angelus de Tarento, Hermannus Conerdingus, Raimundus Mindererus, Joannes Stephanus Stobelgerus, Levinus Fischerus, P. Pena, M. Lobelius, C. Bauhinus, Henricus Stapedius, Gregorius Horstius, Michaël Doringius, Arnoldus Weiccardus, Balduinus Clodius, Reineccerus, Conradus Künrad, Gabriel Ferrara, Joannes Petrus Faber, Tabernæ montanus, Johannes Poppius, Joannes Agricola, Gerhardus Dornæus, Joannes de Vigo, Henricus Julius Böckelius, Gabelchöverus, Paulus Ægineta, Levinus Lemnius, Andreas Libavius, Viri omnes de Repub. Medicâ benè merentes benè meriti; quâ de causâ non necessarium esse duximus cuilibet medicamento adjicere Autorem. Qui enim obiter tantùm percurrit ejusmodi autores, facile colligere potest, quæ mihi, vel prædictis scriptoribus adscribenda sint.

CAR-